



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCLXXII. König Adolph beauftragt den Markgrafen Otto zur Verhandlung  
von Reichsangelegenheiten mit der Stadt Lübeck, am 9. Januar 1295.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CCLXXI.** König Adolph bestätigt den Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad, den Lehnbrief, welchen ihr Vater Markgraf Johann im Dezember 1231 vom Kaiser Friedrich erhalten hat, am 8. Januar 1295.

Adolfus, Dei gracia Romanorum Rex, semper augustus. Vniuersis Imperii Romani fidelibus Imperpetuum. In Excellenti folio Majestatis Regie ordinatione diuina feliciter constituti, nostre considerationis oculos, longe lateque diffundimus, ad prospiciendum vniuersis subjectis Imperii meliora et ad occurrendum dispendiis eorundem. Verum precipua nos cura sollicitat, qualiter principum nostrorum, quibus tamquam immobilibus columpnis Imperii totalis Regia machina sustentatur, firmum statum firmius solidemus et amplum honorem largius ampliemus. Nouerit igitur presens etas et successura posteritas, quod priuilegium quoddam diue recordacionis Domini Friderici Secundi Romanorum Imperatoris, Ierusalem et Sycilie Regis, nostri Antecessoris, cum bulla aurea roboratum, vidimus et audimus, in hec verba. — cf. Nr. XX. — Nos itaque Adolfus, Romanorum Rex predictus, Illustrium principum nostrorum Ottonis et Cunradi fratrum, Marchionum Brandemburgensium, filiorum quondam Johannis, Marchionis Brandemburgensis, deuotis precibus favorabiliter inclinati, Vniuersa et singula, in supra scripto priuilegio contenta pariter et conscripta, approbamus, ratificamus, innovamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo hominum, liceat hanc paginam nostre approbationis, ratificacionis, innovacionis et confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, sicut grauem nostre Majestatis indignacionem et offensam voluerit euitare. In cuius rei testimonium presens scriptum Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Testes hujus rei sunt Ar. Babenbergensis, Heinr. Brixienfis, Heinr. Merseburgensis Episcopi, Illustres Al. Lantgravius Thuringie et Otto Comes de Anhalt, Principes. Spectabiles Viri Eberhardus de Catzenlembogen, Gerhardus de Dietz, Henricus de Nassowe, Johannes de Seyne et Eberhardus de Spizzemberg, Comites. Nobiles Viri Gerlacus de Bruberg, Ulricus de Hanowe, Gotfridus de Merenberg, H. de Isenburg, Fridericus de Biegen et alii quam plures. Datum in Mvlhusen, VI. Idus Januarii, Indictione VIII, anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tertio.

Nach dem Originale des K. Geh. Cabinets-Archives I, F. Ungenau in Gercken's Cod. VII, 27. 30.

**CCLXXII.** König Adolph beauftragt den Markgrafen Otto zur Verhandlung von Reichsangelegenheiten mit der Stadt Lübeck, am 9. Januar 1295.

Nos Adolfus, dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, coram vniuersis christi fidelibus, presentem paginam auditoris seu visuris, Recognoscimus tenore presentium protestando, quod fidei nostro principi et dilecto Ottoni marchioni brandenburgensi, filio quondam Johannis marchionis, nostra queuis negotia, vniuersa videlicet et singula, que regia celsitudo nostra cum Burgenfibus ciuitatis nostre Lubicensis habet tractanda, in



solidum commisimus, nostro nomine singulariter ac vniuersaliter placitanda, Volentes quecumque cum prefatis Burgenfibus nostris placitanda tractauerit, rata penitus et inuiolabiliter obseruari. In quorum etc. Acta sunt hec et data Mülhufen, anno domini M°. CC°. XCV°, quinto ydus Januarii, anno III°. regni nostri.

Nach dem Copialbuche des Geh. Cabinets-Archives Imperium Ludovici Imperatoris Nr. XLI. Fehlerhaft abgedruckt bei Ludwig, Reliq. Man. II, 251.

**CCLXXIII.** Der Römische König Adolph macht der Stadt Lübeck Vorwürfe, daß sie auf der von ihm anberaumten Tagsatzung ausgeblieben sey, und befiehlt ihr, deswegen zu Prenzlau vor dem Markgrafen Otto von Brandenburg zu erscheinen, welcher vom Könige bevollmächtigt sey, mit ihr von des Reichs wegen zu unterhandeln, am 9. Januar 1295.

Adolfus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, Prudentibus viris Consulibus et Uniuersitati Ciuium Lubicensium, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Admirari compellimur uehementer, quo motu, ad nostre Regie maiestatis vocati presenciam, coram nobis comparere minime curauistis, licet plerumque omnes principes, Comites, nobiles et barones, nec non Ciuitatum aliarum quarumlibet meliores Terrarum Saxonie, Misnensis et thuringie, ad nostre uocacionis edictum, suam nobis exhibuerint presenciam personalem. Ex quo cum contra vos grauem concepissemus indignacionis materiam et rancorem, Illustris Otto Marchio Brandenburgensis, filius quondam Johannis Marchionis Brandenburgensis, princeps noster karissimus, pretendens multa per vos sibi exhibita seruuicia graciofa, ab huiusmodi indigacionis materia nos avertit, Nostram cellitudinem summo studio deprecans et exhortans, graciosius annuere dignaremur, ut sua interposicione vos nostre et sacri Imperii conformaret graciae et fauori. Nos igitur eiusdem principis nostri precibus inclinati suis uotis annuimus in hac parte eidemque, quantum ad uniuersa et singula negocia, que uobiscum habemus tractanda, in solidum commisimus uices nostras, uobis sub obtentu graciae nostre precise mandantes, quatenus ante festum Purificacionis beate Virginis proximum, quod nunc instat, per vestre Ciuitatis Maiores, Meliores et magis ydoneos, quos ad hoc duxeritis eligendos, pleno mandato suffultos, prefato principi nostro in Prinzlauia occuratis, Audituri negocia, que idem nostro nomine uobis duxerit proponenda, et eadem iuxta suam requisicionem, per omnia completuri, sicut nostram grauem indignacionis offensam uolueritis euitare. Quicquid autem idem princeps noster, nostro tractauerit nomine seu ordinauerit, idem gratum et ratum habebit nostra Regia cellitudo. Presencium testimonio litteras nostre maiestatis sigillo roborare (iussimus). Datum apud Mülhufen, v. Idus Januarij, Ind. VIII, Anno domini Millesimo Ducentesimo nonagesimo Quinto, Regni uero nostri Anno Tercio. Pro certo tenentes, quod si mandatis nostris non parueristis in premissis, contemptum uestrum, prout sententia Curie nostre dictauerit, persequemur. Datum ut supra.

Nach Michelsen, Urkunden-Sammlung der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Gesellschaft für vaterländische Geschichte I, S. 139. 140.